

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
SALAMANICÆ

ELEMENTORUM
JURIS CANONICI
VETERIS ET MODERNI
T O M U S III.

Ubi continentur


V I N D I C I Æ
JURISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ
INTRA MODERATOS LIMITES

Cum Notitia Tribunalium Ecclesiasticorum Romæ
& cum Schemate Allegationum ex Jure
Canonico & Civili,

Authore

D. EUSEBIO AMORT

*Canonico Regulari Lateranensi Pollingæ Ser. ac Rev. DD. JOSEPHI
Episcopi Augustani S. R. I. Principis Darmstadiani,
Landgravii Hassiæ &c. &c. Theologo.*



FERRARIÆ MDCCLXIII.
SUMPTIBUS SEBASTIANI COLETI VENETI BIBLIOPOLÆ.

PRÆFATIO.

Jurisdictionem Ecclesiasticam duplicis generis Scriptores ex principiis prorsus diversis impugnant. **PRIMI GENERIS** sunt *A Catholicis*, qui omnem Hierarchiam Ecclesiasticam seu subordinationem presbyterorum ad Episcopos, Episcoporum ad Archiepiscopos, Archiepiscoporum ad Patriarchas, Patriarchatum vero ad unum quendam Vicarium Christi, seu Directorem supremum Ecclesie, non solum indefinite tollunt, sed etiam distinctionem inter presbyteros & Episcopos, inter Episcopos & Vicarium Christi in Jure divino fundari negant. *Ad secundum* **GENUS** pertinent *Politici Catholicis*, qui Hierarchiam & Jurisdictionem Ecclesiasticam quidem admittunt, sed eam solum **AD JUS SACRORUM**, intra angustissimos terminos conclusum, restringunt. Reliqua omnia circa res, personas, & causas Ecclesiasticas jura legibus Imperatorum, Regum, ac Principum subjiciunt. Ut horum Scriptorum genus utrumque intra justa moderationis septa reducam, **VINDICIAS** has in septem Partes dispesco. In **PRIMA PARTE** de potestate Summorum Pontificum, Patriarcharum, Metropolitanarum, & Episcoporum *exactam & moderatam Ideam* tribuo. In **SECUNDA PARTE** ordine chronologico recensco Leges Ecclesiasticas ab Imperatoribus, Regibus, ac Principibus Catholicis de rebus, Personis, vel causis Ecclesiasticis a tempore Constantini usque nunc in Romano Imperio latis, & ex earum justa ponderatione solide jurisdictionem Ecclesiasticam stabilio, quamvis simul exinde judicari possit, quid ab Ecclesia tolerari, quid congruentiae temporum dari, quid denique a Principe Christiano sine boni communis dispendio merito desiderari vel expectari queat. In **TERTIA PARTE** probō, jurisdictionem Ecclesiasticam fundari in *Jure naturali anticipato Dei ad Principem*, & in *Jure naturali servo Principis ad Ecclesiam circa res, personas, & causas Ecclesiasticas*. In **QUARTA PARTE** afferō solemnia *Concordata inter Sacerdotium & Imperium*, ex quibus ostendo, non posse a principe Imperii Romani libere mutari Leges Ecclesiasticas & observantias quoad limites jurisdictionis sacrae aut profanae semel receptas in *Jus Publicum* Ecclesiastico-Policum. In **QUINTA PARTE** respondeo ad *Objectiones*, quae contra jurisdictionem Ecclesiasticam formantur, eamque novis observationibus confirmo. **PARS SEXTA** praebet *Notitiam Tribunalium Ecclesiasticorum Romae*. **PARS SEPTIMA** exhibet modum reperiendi *Textus allegari solitos ex Jure Canonico & Civili*.

INDEX.

- Pars I. De potestate summorum Pontificum, Patriarcharum, Metropolitanarum, & Episcoporum.** pag. 1.
- Pars II. Leges Ecclesiasticæ Imperatorum, Regum, ac Principum a Constantino M. usque ad tempora Imperatorum Germaniæ, & ex his ipsis jurisdictio Ecclesiastica intra justos limites solide stabilitur.** 141.
- Pars III. Jurisdictio Ecclesiastica fundatur in jure naturali anticipato Dei ad Principem, & in jure naturali seruo Principis ad Ecclesiam.** 349.
- Pars IV. Jurisdictio Ecclesiastica stabilitur ex concordatis solemnibus initis inter Sacerdotium & Imperium in Germania.** 369.
- Pars V. Variæ Objectiones contra Jurisdictionem Ecclesiasticam cum earum solutionibus.** 407.
- Pars VI. seu Appendix I. Praxis Ecclesiastica Curiæ Romanæ.** 543.
- Pars VII. seu Appendix II. Modus facilis inveniendi textus & titulos ex Jure Canonico & Civili.** 609.